

CARTA DONACIONIS FEUDI, QUOD CONTULIT BERNARDUS COMES, CUM UXORE SUA, GUILLELMO, DOMINO MONTISPESSULANI.

Source: "*Liber Instrumentorum Memorialium - Cartulaire des Guillemes de Montpellier*", Société Archéologique de Montpellier, 1884-1885, acte n° LXX

In nomine Domini. Ego Bernardus comes et uxor mea Senegundis, nos simul pariter, donatores sumus Guillelmo, pro suo servicio, vel benevolentia, aliquid de alodem nostrum proprium, qui est in territorio civitatis Magalonensis, in suburbio Castro Sustacionensis, in terminium de villa Candianiacis. Donamus tibi manso unum, et in terminium la Monte pestelario donamus tibi manso unum, ubi Amalbertus visus est manere, cum sua terminia, et cum omnes agecentias suas, que ad ipsos mansos pertinent, et advenerunt nobis et donatione de homine nomen quid Berto, id est in casus, casariciis, curtis, ortis, oglatis, exavis, campis, vineis, pratis, silvis, gariciis, arboribus pomiferis et impomiferis, aquis aquarum, vel decursibus earum, omnia et in omnibus de vocem fundus possessionis et repeticionis nostre, tam quistum quam ad inquirendum, et ab integrum ; sic donamus tibi, quantum ad ipsos mansos pertinet, sicut lex mea salica commorat, ita et ab hodierno die ex tempore abeas, teneas et possideas, et defendas. Sane, si quis, quod fierit minime credimos esse venturum, quot si nos donatores, aut ullus homo quis contra hanc carta donatione ista intrumpere voluerit, aut eam inquietaverit, non valeat vindicare quod repetit, sed componat tibi ipsum alodem duplum, vel melioratum. Et in antea carta ista firma stabilis permaneat omnique tempora, cum stipulatione subnixa.

Facta carta donacionis ista vi kal. decembris, anno xxxii, régnante Leuterio rege.

Signum Bernardo comite et uxoris sue Senegundis; nos simul pariter, qui hanc carta donatione ista fieri jussimus, et manus nostras firmavimus et testibus corroborare precepimus.

Signum Geraldum. Signum Nadale. Signum Poncione. Signum Gregorium. Signum Airade.

Traduction par Ludovic Noirie :

Au nom du Seigneur. Moi Bernard comte et mon épouse Sénégonde; nous simultanément ensemble, sommes donateurs à Guilhem, pour son service, même dévouement, de quelque chose de notre propre alleu, qui est dans le territoire de la cité de Maguelone, dans les faubourgs du château de Substantion¹, à la limite de la villa² de Candianiac³. Nous te donnons une demeure, et dans le territoire de Mont Pelier nous te donnons une demeure, où celle d'Amalbert est visible, avec leurs limites, et avec toutes leurs dépendances qui appartiennent à ces demeures, ...

Cette charte de donation a été faite le 6 des calendes de décembre, 32^{ème} année du règne du roi Lothaire⁴.

Signature du comte Bernard et de son épouse Sénégonde ; nous simultanément ensemble, qui avons ordonné de faire cet charte, nous avons confirmé [cela] de nos mains et nous avons ordonné de renforcer [cela] par des témoins.

Signatures de : Gérard ; Noël ; Pons ; Grégoire ; Airade.

1 Substantion = Castelnau-le-Lez aujourd'hui.

2 Villa = maison agricole avec ses terres

3 Lieu-dit inconnu.

4 Cela correspond au **26 novembre 985**. Le roi Lothaire commence son règne le 12 novembre 954. La 32^{ème} année de son règne débute donc le 12 novembre 985. Le 6 des calendes de décembre correspond au 26 novembre.